

A 231
5

Alsfu.

Samelbd.

Gr

Hist.

H. C. O.

26

DE
VERA ET GENVINA
LVTHERANORVM
FALSA AVTEM ET SINISTRA
REFORMATORVM
EXPLICATIONE
VOCIS MVNDI
IN
ARTICVL O SACRO
DE
GRATIA DEI
DISQVISITIO BREVIS
SPECIATIM
IO. VAN DER HONERT
OPPOSITA
AVCTORE
M. IO. GOTTLLOB WALTERO
PASTORE APVD LOEBSTADIENSES
ET ZWAEZENENSES.

IENAE
APVD CHRISTOPH. DAVID. WERTHERVM
M DCC XXXIII.

vera vnde vanigen. Vtak
Magazin der 2. Klasse

VERA ET GENUINA
LUTHERIANA M
LAUS AVATRIS TERRITORIA
KATHOLICAM LOCUM
EXPLICACIONE
ACERIS MUNDI
GRATIA DEI
DIEGAVIT DOMINUS PETRUS
IO. VON DER HONER
W. IO. GOTTFRED. MAHLER
JAN. M. G. C. M. A. D. C. M.

VIRO
SVMME REVERENDO, AMPLISSIMO
ET DOCTISSIMO
DOMINO
IO. ANDREAE
WALTERO

S. THEOL. DOCTORI
PRAEFECTVRAE ECCLESIASTICAE, QVAE
PORTAE IN SCHRIFFTSASSIOS CIRCVLORVM
ECKARDTSBERGENSIS, FREIBVRGENSIS ET
WEISSENFELSENSIS, EXERCETVR, INSPECTORI
GYMNASIQVE ELECTORALIS PASTORI

PARENTI HONORATISSIMO ET AETATEM
VENERANDO

VIRIO
ZMMME NEMEZENDO, MUSITIZIMO
ET DACTIZIMO
DOMINO
IO. ANDREEAE
WALTERRIO
S THEOL DOCTORI
ERAFHECIAVVE ECCLIESIASTIQUE, QVAE
FORTAE IN SORNISSAZIOS, CRISTOGRAVM
ECCLIASISSEGRINIS, IERARCGENIS ET
AERZNELEGENIS; TURGENTIA, INSTECOMI
GYMNAZIAE HERCOTORVATIS PASCHONI
MARTINI MONASTIZIMO ET PATER
FENEFICIO

VIR
SVMME REVERENDE, AMPLISSIME
ET DOCTISSIME
PARENS HONORATISSIME ET AETATEM
VENERANDE



Ostulat a me pietas, ut de felici
TIBI congratuler natalis redi-
tu. Evidem magna gaudii
mei accessio fieret, si mihi li-
ceret esse tam felici, ut prae-
sens portae, laetus, inter vo-
tiuas propinquorum carissi-
morum acclamaciones, festiuum hunc diem con-
celebrare, & voce TIBI gratulari possim. Sed
muneris ratio, domi ut remaneam, iubet. Quam-
obrem, cum voce gratulari non potuero, literis
gaudium, quo absens afficior, testificari volui.
Cogitanti autem mihi, quam materiam scribendi
potissimum feligerem, hanc ipsam, breuem dis-
quisitionem consribendi, occasionem suppedita-

A 3

runt

runt conciones, quas vocant, circulares, à TE in
memoriam Formulae Concordiae, stricte sic dictae,
Pastoribus hoc anno assignatae. Harum vltima
de necessitate & utilitate insigni Formulae Concor-
diae, secundum typum prae scriptum, hac ipsa se-
ptimana, quae proxime TVVM praedit natalem,
habebitur, siveque pium hoc institutum, adiuuante
Deo, absoluetur. TIBI itaque haud iniucundum
fore putavi, si argumentum pro uniuersali gratia,
a voce *nōtus* in Formula Concordiae petitum,
quod HONERTVS infringere, sed frustra, stu-
duit, pro viribus vindicare anniterer. Noui pro-
fecto, eandem TIBI mentem sedere, quam, ceu
Theologo dignam, in Patre ISAACI CASAV-
BONI praedicat FRANCKENSTEINIVS in
Prae loqui. Obseru. in ep. ad Philem. Hic, cum
ipsi filius primum ingenii sui foetum, notas nem-
pe in DIOG. LAERTIVM transmisisset, id ei
responsi dedit: *Mi fili, laudo tuum studium; ve-*
rum hoc scito, rem gratiorem te mibi facturum, si
vel unum dictum Sacrae Scripturae difficultatibus
aliquibus obstructum, explicueris, quam si mille
profanorum scriptorum loca depravata correxeris.
Quamuis enim ingenue fatear, disquisitionem hanc,
*quam natalitii titulo TIBI mitto, non esse ita elab-
oratam, ut *angeli* & ornatus verborum eam*
*TIBI commendare possint, variis quippe labori-
bus*

bus septus, & multoties interpellatus, horis pau-
cis subsecuius, eam conscripsi: tamen persuasum
habeo, fore, vt animum & pietatem, quae ad
scribendum me impulit, respiciens, eam aequi bo-
nique consulas. Quod reliquum est, annum
aetatis nouum TIBI gratulor, vtque is & plures
sequentes ex TVA Ipsius, meamet, & omnium
sanguine & affinitatis vinculo TIBI iunctorum,
sententia sint fausti, felices, fortunati, ex animo pre-
cor. Deus TE semper sua gratia protegat, viri-
bus animi & corporis indies donet, & omnige-
na florentem salute conseruet! Hoc vt faxit Deus,
calidissimis diuinum numen veneratur & venera-
bitur precibus

PARENTS HONORATISSIME

TIBI

Scrib. Loebstadii
ad V. Cal. Decembr.
M DCC XXXIII.

ad preces & filialem pietatem
obstrictissimus
M. Io. Gottlob Walterus.

CONSPECTVS DISQVISITIONIS.

- §. I. Argumentum Lutheranorum pro vniuersali gratia a voce *mundi* petitum e Formula Concordiae proponitur.
- §. II. Vana Reformatorum responsio refertur a Lutheranis dudum explosa.
- §. III. Loca quaedam a Reformatis citata, a Lutheranis autem sufficienter vindicata, recensentur.
- §. IV. Ioannis van der Honert temeritas notatur.
- §. V. Disquisitionis iusta indicatur causa.
- §. VI. De primo Honerti argu-
mento disquiritur, illudque di-
luitur.
- §. VII. Argumenta in contrarium neeuntur.
- §. VIII. Ad alterum Honerti ar-
gumentum fit translatio.
- §. VIII. Locus 1. Tim. III, 16.
verbis Gerhardi vindicatur, &
Gerhardi vera declaratur mens.
- §. X. Vocem *mundi* vllibi in Scri-
ptura significare conuersos &
credentes, modeste cum Glasio,
contra Flacium & Camerarium
negatur.
- §. XI. Mundum 1. Tim. III, 16.
designare terram, ex ipso textu
euincitur.
- §. XII. Locus Rom. XI, 12, 15.
ex scopo Apostoli vindicatur.
- §. XIII. Quid per voces πατέρων,
πλάτων, &c. intelligat Apo-
stolus ostenditur.
- §. XIV. Verus sensus vocis *mun-
di* eruitur ex contextu.
- §. XV. Falsa Honerti explicatio
reieicitur.
- §. XVI. Concluditur voto brevi.

DE



A & Ω
DE
VOCE MVNDI
DISQVISITIO BREVIS.

§. I

Intra argumenta sat multa & valida,
quibus in *Formula Concordiae*, stri-
ctius accepto titulo, artic. XI. §. si i-
gitur aeternam electionem &c. p. 805.
edit. Rechen b. purior de universalis Dei
gratia, omnibus hominibus salutari,
doctrina, contra Caluinianos, seu, quo nomine hodie ap-
pellari amant, Reformatos, asserta est & vindicata, primum
ferme obtinent locum, quatuor illa sanctissima effata Ioan.
III. 16. I. 29. VI. 51, & I. ep. II. 2 vbi Deus mundum di-
lexisse, eique filium suum vnigenitum donasse: Christus
peccata mundi sustulisse: Idem carnem suam tradidisse
pro mundi vita: Ipsius denique sanguis propitiatio esse
pro totius mundi peccatis, dicitur. Etenim per mun-
dum

B

omnes ad agnitionem veritatis venire. Ibidem mox addit: Zanch. T. II. miscell. p. 300. obicit illud Ioan. XII. 19. totus mundus vadit post ipsum. | Resp. 1. non sunt verba Spiritus Sancti, sed Pbarisaeorum, 2) intelligitur de promiscua turba Christum secuta, non de solis fidelibus, 3) ὥδος in Graeco non habetur, 4) in ipso contextu particularuer id esse accipiendum, declaratur v. 11. PARAEVS in Comment. ad Rom. III. 13. putat, mundum ibi accipiendum esse de solidis credentibus, & haeredem mundi idem significare ac patrem omnium credentium, quam sinistram explicacionem diluit FRIDERIC. BALDVINVS in Comment. ad h. l. ostendendo, per mundum hic notari *beneficia spiritualia vera fide accepta*, hujusque appellationis plane singularis VII. adducit causas, quae ibi videri possunt.

§. IIII

Ast quam palmarum SPANHEMIVS, doctissimus alioquin vir, PARAEVS, aliquie Reformatorum doctores, reportare non potuerunt, hanc, nostris temporibus, audiisse appetit Vir Cl. IOANNES VAN DER HONERT, in peculiari libro Lugd. Bat. MDCCXXV. in publicum edito, cui titulum praefixit *Dissertationum de gratia Dei non vniuersali, sed particulari, nec non de essentia & existentia Dei.* Nouum, hoc ipso libri titulo, in apertum proculis testimonium odii indelebilis, quo Theologi Reformati doctrinam de gratia vniuersali prosequuntur. Hoc tantum est, ut ne speciesem quidem & nomen gratiae alienius vniuersalis ferre possint, rectissime ita iudicante Magnifice DEYLINGIO, Theologo Consummatissimo & Praeceptore antehac in Academia Lipsiensi Dexterrimo, in Diss. de Odio Dei in Esavum

vum §. III. & Obseru. Exeget. miss. II. obs. I. vbi Celeb.
WITSIVM, *mundum* Ioan. III. 16, per coetum electorum
exponentem, temeritatis iure meritoque arguit. Haec
quam vere dicta sint, & quod nullam Reformatis facia-
mus iniuriam, quando ipsos acerrimos gratiae vniuersalis
pronunciamus hostes, suo exemplo comprobauit HONER-
TVS, qui in fronte statim libri, quam infensus sit gratiae
vniuersalis osor, satis aperte prodidit.

§. V

Quoties mihi huius libri venit in mentem, toties
summa commoueor indignatione, eaque iustiore, quo le-
uiorem se Auctor gessit in demonstrando eo, quod tamen
sibi demonstrandum sumserat. Vel enim argumenta pro-
tulit, iam pridem a nostris Theologis profligata dilutaque,
vel, si noua quaedam habet, vix sunt tanti momenti, ut ad
illa respondeatur. Bene nouerat, nondum satisfecisse Re-
formatae Ecclesiae doctores Theologis Lutheranis, postulan-
tibus, ut locus ex Scriptura proferatur, vbi vox *mundi* lega-
tur de solis electis. Quamobrem, cum gratiam vniuer-
salem omnibus viribus impugnare, & particularem publi-
co scripto tueri, in animum induceret, denuo probare anni-
sus est, vocabulum *mundi*, in ipsa Scriptura, quandoque so-
los significare electos. Ast fallere & falli HONERTVM,
paucis iam obseruabo.

§. VI

Primum eius argumentum hoc redit: negari non
posse, per vocem *mundi*, saepe indicari partem hominum
in mundo viuentium; nil ergo impedire, quo minus illa

B 3

par

pars mundi, quam electi constituant, appellari possit *mundus*. Hoc argumentum pridem proposuit FRID. SPANHEMIVS, cui recte respondit supra laudatus HEINRICI l. c. p. 326. nec valet, quod si per synedochen integri mali possint vocari mundus, cur non boni? --- Nec a malis hominibus ad electos licet argumentari, cum loca Scripturae sint aperata, in quibus mali nomenclatione mundi designantur, qualia, quod electos attinet, Spanheimius cum suis affectibus nequivit afferre. In explicatione quippe Scripturae Sacrae non videndum est, qualis esse possit sensus verborum aut nominum, sed quem reuera & actu Spiritus Sanctus intenderit. Alias enim, si cuilibet libera potest esset, vocibus Scripturae pro lubitu affingendi sensum, falsae, quam tuetur, hypothesi accommodatum, quamvis a Spiritu Sancto minime si intentus, multo inferior foret Scripturae Sacrae conditio, quam scriptorum profanorum ARISTOTELIS, CICERONIS, aliorumque, in quibus interpretandis critici magistri summam adhibuerunt industram, vt, quem sensum ipse intenderit auctor, ex ejus stilo commonstrarent. Non debemus esse, in explicanda Scriptura Sacra, ἀπόγειτο 2. Pet. III. 16. instabiles & fluctuantes, quales sunt, qui non verum sensum eruunt e Scriptura, sed talem eidem inferunt, qui ipsis placet.

§. VII

Nos potius, contrariam in partem, validius argumentamur: quia nomen *mundi* in Ioannis Euangelio & epistolis ferme certes extat, & nullibi solos electos significat, vt obseruavit FRANZ. de interpret. Scripturae, orac. CXXXV. verisimile non est, in quatuor illis locis in Form. Conc.

Conc. citatis, nomen *mundi* de solis accipendum esse electis. Huc accedit, quod impii sub nomine mundi distinguuntur a piis Ioan. XV. 19. Hinc enascitur argumentum: Quo titulo impii distinguuntur a piis, is non potest piis dari. Saltim hoc non fieret absolute, sed cum addita nota, ex qua tuto dignosci queat, cur nomine *mundi*, quo alias impii contradistinguuntur piis, ipsi etiam pii veniant. Pii & credentes quidem vocantur *in idoneis* τῷ κόστῳ, Io. XIII. 1. non autem *mundus* absolute. Praeterea predicata, quae de *mundo* dicuntur, non competit electis, v. c. de *mundo* dicitur, quod non cognoverit Christum. Hoc nulla ratione de electis dici potest &c. Iam si predicata *mundi* electis, qua talibus, non competit, neque ipsum *mundi* nomen ipsis dari potest.

§. VIII

Sed vidit ipse HONERTVS, argumentum suum, vocem *mundi* posse significare solos electos, nullius esse valoris, nisi probetur, reuera illam significationem in Scriptura inueniri. Quare prouocat ad Rom. XI. 12. 15. & I. Tim. III. 16. Inſiciandum non est, haec duo loca habere quandam speciem, quam HONERTVS statim pro veritate venditare fatagit, quod mirum non est. Praeconcepta enim opinione imbutus, absque necessario textuum scrutinio, statim inuenisse putauit, quod vt inueniret, tanto optauit opere. Adeoque non eruit verum sensum, vt bonum decet interpretem, sed intulit talem, qualis ipsi apprime arri-debat. Nam, si haec duo loca, secundum regulas genuinas & legitimae Exegeseos, paullo curatius examinamus, in neutrō, voce *mundi*, solos innui electos, deprehendimus.

§. VIII

§. VIII

Vt ὅστε πρότερον faciam, r̄s tota, quod ad locum I. Tim. III. 16. attinet, expedita est, omnique difficultate caret, si textum authenticum consulimus, ex quo mens Spiritus Sancti vnicē diiudicanda venit. In Graeco enim non legitur ὥπο vel ἀπὸ κόσμου, sed verba Apostoli ita fluunt: ὁ Θεὸς ἐν σαρκὶ Φανερωθεὶς ἐπισεύθη ἐν κόσμῳ. Particularam ē bene notandam esse, iam contra Reformatos monuit GERHARDVS dñeßēzat⁹ in LL. Theolog. supra cit. his verbis: *vñus locus eſt, qui ſpeciem aliquam babet, quam mi-rror ab illis praetermiſſum i Tim. III. 16. Christus creditus eſt in mundo i. e. a fōlis electis receptus.* Sed attende verbis Apostoli, non dicit, Christum a mundo creditum, quia Iob. I. 10. mundus eum non cognovit, sed dicit, quod in mundo, id eſt, a fidelibus in mundo sit receptus. Nihil iuuabit HONERTVM, si excipere velit: sic tamen mundum significare coetum credentium in Christum, quia Christus dicitur πιστοῦς in mundo, h. e. a fidelibus in mundo receperus, ex interpretatione GERHARDI. Respondemus enim, I. coetus credentium & electorum differunt, ut latius & angustius, quia non omnes credentes sunt electi; dantur quippe πρόσ-καιοι Matth. XIII. 21. qui ad tempus credunt, tempore au-tem afflictionis a fide deficiunt Luc. VIII. 13. sed tantum fi-naliter credentes sunt electi. Paulus autem loquitur non solum de finaliter credentibus, sed generatim de fide, cuius adiunctum est amissibilitas, vt nostri Theologi, claris-simis testimoniis & exemplis Scripturae, contra Reformatos demonstrarunt. II. GERHARDVS permundum non in-telligit ipſos credentes, sed ſupplet sermonem ellipticum h. m: Christus creditus eſt in mundo, ſubaudi a fi-delibus.

Chri-

§. X

Negamus enim & pernegasmus, coetum credentium vllibi in Scriptura dici mundum. Evidem FLACIVS, nostras, in ea est opinione, mundum bis in N. T. significare ipsos conuersos ad Deum, videlicet Ioan. VI. 33. & XIII. 31. CLAV. SCR. f. v. *mundus* num. V. rectius tamen totum genu huma-num ibi intelligi, sicut & in loco Ioan. XVII. 21. vbi per κόσμον CAMERARIVS ait designari τὸς σωζομένος ἐν τῷ κόσμῳ, GLASS. in Philol. S. lib. V. tr. I. cap. 3. obseruauit.

§. XI

Paulum sane, I Tim. III. 16. per *mundum* non intelligere conuersos ad Deum & credentes in Christum, tuto ex particula ē colligere possumus. Est illa declarativa loci, in quo, non autem subiecti, a quo creditus est Christus. Ponamus enim, mundum hic usurpari de credentibus, idem esset, ac si Paulus dixisset: Christus creditus est *in credentibus*, quae locutio, Christum credi *in hominibus*, seu *in credentibus*, nuspiam in Scriptura Sacra reperitur, & sensum habet, ne dicam nullum, certe tamen ambiguum, & in varios sensus flecti idoneum. Locus itaque saltim indicatur, in quo Christus creditus est, subiectum autem, a quo creditus est, subintelligendum est, quae ellipsis sermonem Apostoli nullatenus reddit obscurum. Facile enim quilibet cognoscere potest, a quoniam in mundo Christus sit creditus, nempe non a creaturis inanimatis, sed hominibus. Ut paucis me expediam: *mundus* hic non sumitur metonymice, pro hominibus in mundo viuentibus, vt alias sēpē per metonymiam continentis pro contento, aut omnes in uniu-

C

uer.

uersum homines, aut impios & mundana amantes notat, sed pro substantiali mundi parte seu terra, per synecdochen totius pro parte. Recte PRVCKNERVS hunc locum ita vindicat: *falsum est, mundum hic pro solis electis accipi, verum autem accipi pro mundano bominum habitaculo; neque enim Christus creditus dicitur a mundo sed in mundo i.e. a fidelibus in mundo viventibus.* Vindic. P. II. ad h. I. Nunquam igitur Reformatis concedemus, *mundum*, in quo creditus est Christus, denotare solos electos, sed intelligimus per eum, visibilem hanc terrae machinam, quam Deus creauit, ut esset commune hominum domicilium.

§. XII

Reliquum est, vt videamus, an Pauli effatum Rom. XI. 12. 15. recte HONERTVS excitauerit, ad probandam suam opinionem, de voce *mundi* solos electos significante. Ante omnia tenendum est, scopum Pauli in hoc capite non esse, de electione ad salutem aeternam agere. Est enim istud exegeticum noni & decimi, quae praecedunt, id quod ex identitate materiae pariter ac connexione, facile patet. Quod autem Apostolo, in capite nono, sermo non sit de electione ad salutem aeternam, praeter illos, quos OLEARIVS iam laudatus in Contin. Isagog. CARPZ. p. 1675. commemorat, copiose non minus, quam solide, docuit ADAMVS HEROLDVS in tr. cui titulus est: *Palladium Reformatorum a sua sede destructum.*

§. XIII

Iam, si in capite undecimo non agitur de electione, clarum est, per παρεπτωμα & ἡγημα v. 12. ἀποβολην v. 15. non

non reprobationem ad mortem aeternam; nec per πλάτον, καταλλαγὴν, electionem ad salutem intelligi, quod insuper ex ipso hoc capite clarissime elucet. Si enim Paulus per παράπτωμα, ἀπόβολὴν, intellexerit reprobationem aeternam, quae ob praescientiam diuinam falli nesciam, immutabilis est, quo quae modo dicere potuerit, ramos fractos & abscessos posse ἐγνωσθῆναι v. 23. 24. & si per πλάτον, καταλλαγὴν, innuere voluerit electionem aeternam, quae itidem immutabilis est, sui oblitus fuisset, quod blasphemum est dicere de αὐθεώπῳ ὑπὸ αὐτὸς πνεύματι Φερομένῳ, quando v. 21. 22. affirmat, Deum pari ratione πλάτον naestos puniatur, si non mansuri sint in fide. Certum igitur est, per παράπτωμα, ἄγημα & ἀπόβολὴν, Apostolum intelligere refectionem maximaee partis Iudeorum ab Ecclesiae ciuitate, & beneficiis cum ea coniunctis, quae poena ipsis ob incredulitatem & contemnum gratiae diuinae in Euangelio oblatae, iusto Dei iudicio, inficta est, sic tamen, ut, si resipiscant, recuperentur in Ecclesiam; per πλάτον autem & καταλλαγὴν, gentilium in Ecclesiam visibilem cooptationem, & donationem beneficiorum Ecclesiasticorum ipsis factam. Vnde igitur HONERTVS probabit, vocem mundi, in hoc capite, solos designare electos?

§. XIII

Extra controversiam positum est, Paulum a v. I. usque II. sermonem facere de Iudeorum gente, ex qua ipse prognatus erat. Huic v. II. sq. reliquas orbis terrarum gentes contradistinguit, hasque bis nomine mundi indigit, filio tunc Iudeis usitato. Hi enim gentes extraneas per contemptum mundi nationes appellabant, vt LIGHTFOOTVS

C 2

in

in Horis Hebr. & Talmud. non vno loco annotauit. Capite primo Chorographiae Matthaeo praemissae p. 6. obseruat, **vniversum terrarum orbis populum Iudeos distribuisse in אֹוּסָהָת הַעוֹלָם** Israelitas & אֹוּסָהָת עַולְםָן, nationes mundi, hinc vocem mundi usitatissime pro gentilibus usurpari. Et in not. ad Cap. XII. Luc. v. 30. p. 821. haec habet: אֹוּסָהָת עַולְםָן, pbraeologia genti frequentissima, qua ethnicos designant, vel omnes gentes praeter suam. Atque hinc est, quod mundus frequentissime in N. T. sumatur pro mundo ethnico. Addo locum, ab AVG. PFEIFFERO in Diff. de Talmude th. 29. ex Berachoth f. 59. adductum: quando Deus recordatur filiorum suorum, quod habitent in afflictione inter nationes mundi, demittit duas lacrymas in mare magnum, quarum sonitus audiuntur ab uno fine mundi ad alterum. Conuenit cum hac appellatione gentilium illa, qua Iudei gentes extraneas vocabant אֲרַבָּתָן, populum terrae vid. BVXTORF. in Lex. Talmud. f. 1626. Paulus itaque in schola Gamalielis Iudaicas edoctus literas, per mundum in capite allegato intelligit gentes non - Iudaicas, seu, vt cum LIGHTFOOT loquar, mundum ethnicum. Ethac appellatione, non absque causa, vsus videtur in epistola ad Romanos, quia vulgo Romanum imperium orbis terrarum, seu, vti in sacris paginis, οἰκουμένη, dici solebat. Hanc significationem vocis mundi Rom. XI. 12. 15. esse rectam & veram, patet ex contextu. Ipse Paulus, optimus verborum suorum interpres, πλῆθος κόσμος statim ἐξηγητικῶς exponit per πλῆθος ἐθνῶν. Non vacat iam, Commentatorum suffragia magno numero afferre. Vnicus prodeat BALDVINVS, qui κόσμον reddit per gentilitatem in Comment. ad h. l.

h. l. vbi versum 15. ita παραφερόει: *Ita enim placuit Deo, ut excentibus Iudeis, nonus quasi mundus ipsi generaretur in gentilitate, auditu verbo Euangelii inter gentes &c.*

§. XV


Apparet iam ex dictis, HONERTVM falsam Paulo affinxisse mentem, ab ipso Apostolo non intentam, quando contendit, in hoc loco per mundum solos electos esse intelligendos. Quis enim dixerit, mundum etnicum & coetum electorum, esse phrasēs unum idemque significantes? Si mundus etnicus nihil aliud esset, quam coetus electorum, omnes gentiles essent electi, & contra nemo e populo Iudaico, inquam fuisse, ab Apostolorum tempore, in numero electorum, quia Iudeorum gens mundo etnico opponitur. Oppositorum autem, secundum regulam Logicam, opposita sunt praedicata. Non omnes e gentibus esse electos, ipsi Reformati concedunt, multi quippe; id est, omnes sunt vocati, pauci vero electi. E Iudeorum vero gente multos esse electos, patet ex Actis Apostolicis. Mentio fit τῶν ἐκ περιουσίης πιστῶν Cap. X. 45. πεπιστευκότων τῶν ἀπὸ αἰχέστων τῶν Φαρισαίων, Cap. XV. 5. Et Ecclesiam Iudai-
cam, Christo Hierosolymis collectam, tuisse numerosam, vi-
dere est ex Cap. XXI. 20. vbi seniores aiunt, multa millia
Iudeorum esse πιστά. Ergo cum coetus electorum, non
solum ex conuersis gentilibus, verum etiam ex Iudeis
credentibus constet, Paulus autem Rom. XI. 12. 15.
κόσμου ἑθνῶν Iudeorum populo opponat, non potest per
hanc vocem solos designare electos.

C 3

§. XVI.

§. XVI

Adeoque valet adhuc, quod GERHARDVS I. ex LL.
Theol. cit. scribit: *Probandum ergo adhuc erit, vocabu-
lum mundi vspiam in Scriptura pro solis electis accipi, quod
non agnoscimus.* Concludo voto: Conserua nobis, DEVIS
Opt. Max. veritatem Tuam, in *Formula Concordiae* diuinis
argumentis assertam: sanctifica nos in ea, verbum
Tuum veritas est! Amen!




AB:153137



56.

R

WNA



26

DE
VERA ET GENVINA
LVTHERANORVM
FALSA AVTEM ET SINISTRA
REFORMATORM
EXPLICATIONE
VOCIS MVNDI

IN
ARTICVL O SACRO
DE
GRATIA DEI
DISQVISITIO BREVIS
SPECIATIM
IO. VAN DER HONERT
OPPOSITA
AVCTORE
M. IO. GOTTLLOB WALTERO
PASTORE APVD LOEBSTADIENSES
ET ZWAEZENENSES.

IENAE
APVD CHRISTOPH. DAVID. WERTHERVM
M DCC XXXIII.

*vera et genvina. Lutheranorum
Mugnificus dux 2. Klein*